



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 49. Christiani Adrimochii mors.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

**Sæcul. XVI. VI.** Discursus duos de Decimis, ac de  
A. C. 1585. Ceris, quæ *Agnus Dei* vocantur.

## §. XLIV.

*Christiani Adrichomii mors.*

**Val. Andr.** Alter erat Christianus Adrichomius  
**Bibl. Belg.** Delphii in Hollandia anno Christi  
 millesimo quingentesimo trigesimo ter-  
 tio natus, atque anno ætatis suæ quin-  
 quagesimo secundo die vigesima Junij  
 Coloniæ mortuus. Hic vix vigesimum  
 septimum ætatis suæ annum comple-  
 rat, dum suo Patre orbatus Sacerdotio  
 initiabatur, ac Delphii conscientias  
 Monialium ad sanctam Barbaram mo-  
 derari jussus a Protestantibus ex præfa-  
 ta urbe expellebatur, unde partim  
 Mechliniæ, partim Trajecti ad Mæ-  
 num, ac denique Coloniæ reliquos vi-  
 tæ suæ dies transfigere coactus est, ubi  
 etiam Jesu Christi vitam ex quatuor  
 Evangelistis compilatam, nec non ser-  
 monem de beatitudine Christiana con-  
 scripsit: edidit etiam ingens volumen  
 de terra sancta unacum Tabulis Geo-  
 graphicis, & descriptione urbis Jeroso-  
 lymitanæ præter chronicon veteris, &  
 novi Testamenti, quæ tamen opera  
 non nisi post ejus obitum anno Domini  
 millesimo quingentesimo nonagesimo  
 Coloniensibus literis excusa prodiere.  
 Ceterum hic Scriptor nimium fabulis,  
 quas

quas ex Beroſi, Manethonis, aliorum- Sæcul. XVI.  
que minus probatæ fidei scriptorum ope- A.C. 1585.  
ribus hauerat, tribuiffe insimulatur,  
Sepultus jacet Coloniæ apud Canoni-  
cos Nazarethanos.

## §. L.

*Alphonsi Salmeronis fata.*

Tertius ex Scriptoribus ecclesiasticis *Alegamb. de*  
hoc anno defunctis erat Alphonsus *Script. Soc.*  
**Salmeron** Jesuita, patria Toletanus, *Sanch. his.*  
qui ex decem primis sancti Ignatii sociis *Soc. p. 5.*  
*l. 5. p. 236.*  
unicus adhuc vita superstes Neapoli hoc  
anno die decima tertia Februarii satis  
cessit. Hic Compluti studiorum curri-  
culum emensus linquarum peritia cele-  
bris evasit, ac Parifios contendit, Phi-  
losophiæ, & Theologiæ operam datu-  
rus, ubi etiam cum sancto Ignatio, qui  
hanc societatem suam erigere medita-  
batur, conferens, se se eidem adjunxit,  
eiusque magisterio addixit: postea ve-  
ro pro conservanda Religione in variis  
Europæ Regionibus, præcipue in Gal-  
liis, Belgio, Hibernia, Germania,  
atque in Italia strenuam impendebat  
operam, cunctisque in urbibus cum in-  
genti Auditorum applausu Verbum Dei  
annuntiabat. Interfuit quoque Syno-  
do Tridentinæ trina vice sub totidem  
Pontificibus Paulo III., Julio III., &  
Pio IV. congregatæ, ubi etiam de  
sancto